



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum  
aromatibus meis. Comedi fauum cum melle meo bibi uinu[m] meum cu[m]  
lacte meo. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

emissionum mearum. Tot enim iam comedis fragmina malorum punicorum, quot beatas animas martyrum confessorumque tuorum hinc assumis, & transfers in illud uitæ sempiternæ secretum. Quando ita uenies in hunc hortum tuum, ad istum quem dicis fontem hortoꝝ? Quando ita uenies ad me, ut ubi tu es, illic ego tecum sim?

Ioan. 14

**V**eni in hortum meum, soror mea sponsa, messi myrrham meam cum aromatibus meis. Comedi fauum cum melle meo bibi uinū meum cū lacte meo. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

**O**mnia quæ generi humano ad salutem siue restaurationem ipsius erant necessaria, ego te silente perfeci, soror mea sponsa: nunc me quiescente tibi debetur aliqua eiusdem operis portio tua. Quid tantum ad requiem tuam festinas? Ego nascendo, moriendo, resurgendo, & in cœlum ascendendo, salutem mundi operatus sum: nūc cum amicis & testibus meis te superesse oportet, & omnium quæ facta sunt idoneum perhibere testimonium, cum necessaria operatione signorum atq; uirtutum. **D**iligenter auscultet amici, & enarrent omnibus nuptiarum nostrarum filiis, quatuor ista quæ facta sunt, quia ueni in hortum meum, & quia messi myrrham meam cum aromatibus meis, & quia comedi fauum cum melle meo, & quia bibi uinū meū cū lacte meo. Descendendo q̄ppe in uterū tuum, & assumendo carnē ut uerū hō nascerer, & uerū



RVPERTI IN CANT. CAN. CAP. III.

deus eram, ueni in hortum meum; moriendo at-  
q; ad infernum descendendo, reuersurus cum o-  
mnibus sanctis & electis meis, qui me expecta-  
bant ab origine mundi, messui myrrham meam  
cum aromatibus meis: resurgendo comedi fau-  
cum melle meo: ascendendo in cœlum, bibi ui-  
num meum cum lacte meo. ¶ Descendendo, in-

Gene. 2

quam, in uterum tuum, homo factus ego, ueni i  
hortum meum. Quid enim non meum? Ego q; p-  
pe ego ipse sum uerbum per quod omnia facta  
sunt, & sine quo factum est nihil. Et ille parady-  
sus, de quo scriptura dicit, plātauerat autem do-  
minus Deus paradysum uoluptatis a principio,  
per me plātatus est, & tu hortus alius hortus cō-  
clusus, per me factus es; & uniuersus emissio-  
nū tūrarū paradysus per me plantatus siue plātan-  
dus est. Propterea dixi hortum meum. At non

Ibid.

sic ille primus homo, de quo sic scriptū est: Tu-  
lit ergo dominus hominem, & posuit eum in pa-  
radysum uoluptatis, ut operaretur & custodiret  
illum: non, inquam, sic ille dicere potuit, ueni in  
hortum meum. Non enim paradysum ipse fece-  
rat siue plātauerat, sed nec in paradyso ipse for-  
matus fuerat. Ego & hortum feci, & in horto  
natus sum, & u talijs uerbis utar, ego & ciuita-  
tem condidi, & in ciuitate natus sum, sicut scri-  
ptum est: Homo uatus est in ea, & ipse fundauit  
eam altissimus. Non suus paradysus erat, atque  
eo magis operari, & commissum custodire illū  
condecebat. Qd̄ q; non fecit, necessariū erat, ut  
uenirem ego in hortum meum, & ultra debitum  
operando ac seruiendo, corrigere illius peccatū,  
& nec operatus est debitum. Quō correxit

Pfal. 86